



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XIII. Quando propter defectum poenitentis Confessio informis, inualida, & itera[n]da sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

**S**ine dubio ex quacunq; causa non aduertat peccata poenitentis, est Confessio iteranda. Sed tamen poenitens potest ignorare inuincibiliter; an Confessor audierit, nec ne, Si tamen constaret aliquo pacto, quod Confessarius, vel non audiuit, vel non intellexit peccata, omnino tenetur iterare Confessionem, eo quod eiusmodi non habeat peccatorum cognitionem, ut de iis aliquam iudicij sententiam ferre queat.

*Responsio.*

*Quando propter defectum poenitentis Confessio informis, inualida, et iteranda est?*

*Quaestio  
XIIII.*

**Q**uoties confitens ponit obicem ipsi Absolutioni. Id autem contingit tripliciter.

*Responsio.*

**PRIMO**, si excommunicatus sciens & prudens confiteatur, petatque a peccatis absolui Sacramentaliter. Tum enim peccat contra interdictum Ecclesiae; quia non videtur se ferre haec duo; scilicet, quod sit aliquis excommunicatus, & quod durante excommunicatione, se ingerat Sacramentorum participationi. Excommunicatio enim est extra communionem positio, maxime Sacramentorum.

**SECUNDO**, si deest poenitenti intentio suscipiendi Sacramentum Ecclesiae, Confessio, etiamsi fuerit integra, necessario debet iterari. Si enim in administrante Sacramentum requiritur intentio: sane multo maiori ratione ea desideratur in suscipiente.

**TER-**

### Caput IIII. De Confessione

TERTIO, cùm Confessio per se, & ex intentione diuisa est.

QUARTO, vbi nulla prorsus est detestatio peccati, quæ aliquo saltem modo sit attritio, eiusmodi Confessio nulla est, & inualida. Nam Confessio est legitima peccatorum declaratio, per modum accusationis. Vbi autem nulla est contritionis scintilla, ibi Confessio nullam habet accusationis imaginē; sed similis est historicæ narrationi: quippe quæ nihil aliud sit, quàm simplex peccatorum enumeratio. In omnibus illis casibus confitens ponit obicem Absolutioni: ideoq; Confessio eius inualida redditur, & iteranda est.

*Quæstio XV. Sempërne & necessariò diuisa Confessio est iteranda?*

*Respõsio.* SI diuisio Confessionis de industria fiat, iustaque causa destituatur, peccatum est; & ita confitens si absoluat, vsque ad eò nullum fructum percipit, vt se noui sacrilegij reum faciat.

SECVNDO, si verò Confessio diuidatur scienter ob causam excusantem; vt, si integre fieri non potest sine periculo corporis, vel animæ, vel famæ &c. tunc licite secatur, & ita qui confitetur, non ponit obicem: quare & Confessio valida est, & nõ iteranda; quamquam maneat obligatus peccator, quæ sub-  
ticit,